



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in  
co[n]uentu Norembergensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,  
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab  
eodem legato|| ...**

**Hadrian <VI., Papst>**

**Norembergæ, 1523**

**VD16 K 320**

57 Qvo Pacto Magistratvum ciuilium subditi, propter debitam pecuniam,  
ad iudicia ecclesiastica petrahantur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

Ob causas ciuiles ac plane prophanas, ad ecclesiasticum tri-  
bunal, refragantib⁹ omnib⁹ etiā iurib⁹, p̄trahere admittuntur;  
quum tamen maxime cōueniat, ac iure non ignoto sit, q̄ ex-  
pressim cautum, actorem rei, forum sequi debere.

QVO PACTO MAGISTRATVV  
ciuiliū subditi, propter debitam pecuniam,  
ad iudicia ecclesiastica pertrahantur.

¶ Præterea ecclesiastici s̄æpiuscule laicorū subditos ob de-  
bita pecuniaria, coram ecclesiastico iudice in ius vocant, ac  
pregrauī eorum iudiciorū ordine eosdem inibi vexant atq̄  
executunt, licet a ciuili magistratu, adeoq̄ iudice reorum or-  
dinaria iustitia, iurisq̄ debita executio eis nūq̄ fuerit vel de-  
negata, vel diutius q̄ parsit, procrastinata, fitq̄ ita peractos  
rum, vt dictum est, petulantiam, quia conuenti iudicio eccles-  
iastico laici, varios ob casus ius suum nō ita examissim vel  
deducere per imprudentiam, vel non probare per simplicita-  
tem, nouerunt, neq̄ edocti sunt, vt in prætentam pronuncien-  
tur excōmunicationem, ac irreparabilem rerū suarū perdū-  
cantur detrimentum, perniciem & iacturam.

Q̄ INIQVE LAICIS IVDICIBVS PREBEATVR  
occasio ab ecclesiasticis, subditor⁹ suor⁹ petēdi missionē.

INSVPĒR & alias ob plures causas illicitas, a iudicib⁹  
¶ ecclesiasticis contra personas laicas emittuntur citationes ac  
monitoria: quanq̄ tales iudices, publica etiā testante fama,  
indubitanter perspectum habeant, vocatos ita in ius ad dis-  
tionis suæ terminos minime p̄tinere, illosq̄ ad ordinariū ius  
remittēdos fore. Quod ipsum quoq̄ laicorum subiectis non  
ferendis modis, graue onerosumq̄ est. Nam et si causę, perso-  
næq̄ tales ad instantiam magistratū ciuiliū ac laicorum  
superiorum petitionem, tandem ad ius dicentis laici ordinari-  
um remittantur tribunal, nihilominus tamen ita immeri-  
to in ius vocati, graui⁹ onerantur impēdijs, damnis, & expē-  
tis, eo q̄ superiores suos laicos, quos non raro vltra centesim